

ligamus sponsam hanc dici: que spon-
so sit copulata: nuptias qz item fuisse
spirituales confectas: audi Johānem
nuptiali lituo hoc pacto precipientem
Qui sponsam habz sponus est. qz ve-
ro astans sponsi vocem exaudit hila-
ris et letior ob eius hanc vocē efficitur.
Illum augeri necesse est me autē
imminui. Oportebat preterea (vt in
nuptijs fieri solet) nubētibus aliquid
in domū conscribi. oportebat z char-
tam calamū qz conquiri. charta apud
Isaiam inuenta est: cui z scribendi of-
ficiū spiritus sanctus demādat dicens:
accipe charte fragmentū noue z aples
z iscribe i ea graphio: qz sitū ē grafū
per David qz inuentum. Inquit enī
lingua mea calamus scribe velocius
exarantis: precipiū? decore supra filios
os hominū: comit qz sponsam z exor-
nat: nec secus ac solent que nuptui ab-
euntē expoliūt: cōmonefacit isup: cō-
ponit: instruit et his dictis hortatur.
Vide filia: audi filia: attende inqm ee
aurē tuam accōmoda: obliuiscere po-
puli tui et domus paterne: qm ipse ē
dominus tu? z illum adorabis. si me
audies filia: vultū tuū cōprecabūtur
diuites plebis terre. Oportebat etiaz
que per singulos conferebantur: serui
ancilleqz conscribi: quoz alteros xp̄s
alteras sponsa detulit: eo qz Paulus:
Siluian? et Thimothe? christi se Je-
su seruos inscribūt: deposcūt qz a spō-
sa z famulas. hoz sermonem David
excipit dicens. Deserent regi virgines
nes: post eam: proxime eius deserent
tibi in leticia. Nuptie celebrare sunt:
cōmigratōnis i canā galilee: cana: stru-
ctura interpretatur: dei vero structu-
ra est terraz orbis. Cum itaqz spirita-
les facturus est nuptias in canā gali-
lee concedit: vbi omnia sanctorū cer-
pro sua quisqz virili ad nuptias pue-
nit: Abrahā vitulū: huius Sara vxor

succinericios panes: Isaac ligna: Ja-
cob agnos contulit. Joseph fermētū
imparit: Moyses faces prestat. Isai-
as modulatur. David tripudiat: et qz
nam his nuptijs castas adesse femi-
nas: simul et canere oportebat: venie
West: Judith comitur et ornatur:
Maria Moysi soroz timpanuz caput:
decanat qz dicens. Cantem? dñio: glo-
riose enī magnificatus est: cūqz et lau-
des vt fieri in nuptijs solet: cani ne-
cesse foret: Paul? ipse nuptias ppro-
bando edicit. Honore digni sunt nu-
ptie z thorus nō inquinatus. De autē
hec de christo z ecclesia dicta fuisse cō-
stet: sit ipse thorus christus interpret:
inquiens. vxoris gratia relinquet vir
patrem ac matrē z adheret illi: erit
qz duo in carne vna. Mysterium hoc
magis est momenti: si (quē admodum
percipi debz) ad christum fuerit z ec-
clesiam relatum. Quasobres cum chri-
stus ipse: hec omnia: sit hoc pacto in-
terpretatus: neqz per nos erit aliqd
de his hesitandum: vel sacris litteris
diuini spiritus instigatione editis dis-
sidendum.

De charitate que cuncta dirigit et
perficit. Ser. xxiii.

Charitatez optimū amoris ge-
nua inter nos sanctiam? qm ni-
hil est boni aut honesti qm ori-
tum ex ea ducat. Charitas enī Pau-
lus inquit legis est adimpletio. ita sit
vt si mutuo fuerimus amore detenti:
facile omnia sint successura. Siquidē
charitas via quedā est ad virtutē p-
chuior: nam quemadmodū qui callem
fuerit non obliquum ingressus: nullo
egebit ad pgressum duce: tramite ipso
recta ducente. sic charitas vbi initius
dederit: ad rectum deseret. Charitas
enim nec proximi maledit: nec praua
meditatur. Quocirca qui id facere no-

uerit: vt qualem se ipsum sibi prestare
rit: vt scz sine inuidia: omnia ad suuz
comodū comprecet: ducat qz se nemi
ni inferiorum: et sue utilitatis cā face
re omnia conuitat: eūdem in alios p̄
stet: omnis erit e medio sublata moles
stia decerunt qz cum odia: tum et habē
di cupiditates. q̄s enī ppua bona diri
piat: profecto nemo: qn̄ contra rebus
in mediū questis: i vniū cōuenitur.
quod cum h̄et null⁹ erit reliquus ad
maluolentiā locus. quis enī seipsum
odiat: aut succēseat sibi ipsi ⁊ irascat?
nonne solemus omnes in nos ipsos
esse q̄s in ceteros indulgentiores: qua
indulgentia si in proximū quēqz vter
mur: odiū erit proisus omne sublatuz
Queret aliqs. Quo pacto id fieri po
test: vt pari beniuolentia: qua et nos
ipsos: vel proximum complectamur?
Nempe si nulli antehac hominuz id
egissent: iure forte existimares idē ani
mū affect⁹ in alios seruari non posse.
at cum plerosqz illud egisse cognoue
ris: perspicuū erit pre ignauia potius
quadā te id facere nequire: qd̄ factis
tent multi. Neqz enī deus: cuius ius
sa complures beneagēdo excesserūt:
aliquid oneris imponit qd̄ factu non
facile sit. Peres forsitan Quis ille fu
erit qui hec fecerit: nempe Paulus:
Petrus et reliqu⁹ sanctorum ceteros.
quos si dixerim fuisse in proximuz be
niuolentia affectos: nil magni aut pre
ciari videbor enūciasse: qn̄ tanto sunt
illi vel hostes amore persecuti: q̄nto
ne alius quispiam coniunctissimos.
Quis ei optauerit amici causa gehē
nam et incendium illud adire: cū lice
at ad regna celestia proficisci? p̄fecto
nemo: Paulus tamen pro lapidantib⁹
bus et insensis ac se afflictantib⁹ subis
te gehēnā cupiebat. Que ergo nobis
erit vel venia vel excusatio concedē
da: qn̄ vel tenuem amoris partē quē

Paulus in hostes vel ardentissimū
de se prestabat: ne in beniuolos ip̄i oq̄
stendamus? Sic ⁊ Moyses ille beat⁹:
qui multis Paulum seculis antecessit:
eorum causa: qui se hostiliter lapi
dibus inuasissent: de libro vite abo
leri malebat. Dauid etiam eos qui sis
bi insultassent: cum profligatos ⁊ ex
tinctos vidisset: his vsus est verbis.
Ip̄e qui pastor sum peccauit: hi vero
quid cōmiserunt? Saulē preterea cū
inter manus haberet: perdere tñ non
modo recusauit: q̄netiaz seruauit ille
sum: presertim cū ex eius salute hant
parum sibi discriminis impenderet.
De si in veteri hec testamēto sunt ge
sta: quis nobis erit venie locus: q̄ cuz
in nouo versemur: nil proisus pulco
rum aut magnitudinē attigimus aut
constantia? Si enī vt christus inquit:
nostra iusticia phariseoz ⁊ scribaruz
non excesserit equitatem: dei regnum
hant quāqz ingredimur. at cum illis
simus iusticia inferiores: quo pacto no
bis co patebit excessus? Colite inquit
qui vos oderint. Idcirco vel erit ho
stis amore prosequendus. nō enim id
illi: sed tibi in beneficiuz cedit: fies qz
hoc pacto dei simillimus. siquidē quē
ipse colueris: nihil erit ex tuo in se
amore maioris quicquam lucri affectu
tus. quippe qui a conseruo adamctur.
at si hunc ipse amaueris fueris hoc
pacto dei non absimilis. vides itaqz
vt tibi gratie plurimū comparas: nō
illi qui tuo sit amore affectus? sic ⁊ pre
miū vendicas. Queret aliquis. Quid
si improbus fuerit is: quem ipse amā
dum censes? nempe maiores ex eo lau
dem assequeris erūtqz et illi pro ei⁹ im
probitate per te vel gratie habende. q̄
et si innumeris sit tuis in se beneficijs
obstrictus. se tñ ingratum reddat et is
probum. non enī tibi accumulate in
erescent premia: nisi magnuz in modū

illius augetur iniquitas. Fiet itaqz
 vt eiusmodi improbitas quā odij cau-
 sam fore existimas: amoris occasio sit
 futura. nā si aduersantē sustuleris: et
 premioꝝ causaz tollas necesse est. **Mō-**
ne et certatores spectasti: qui exercen-
 di se gratia vel vtres arena cōplent
 et gestāt: qđ tñ vt agas haud sane ne-
 cessarium fuerit. Abūdat enī hec vita
 eo hominū genere: qui et exercere te
 possint: et fortiorē reddere. Sic enim
 et arbores spectare licet: que vt validi-
 oribus ventis agitātur: ita et maiori
 robore obfirmari solent: et ramis fieri
 et frondibus densiores. Quocirca et
 nos si aī magnitudine prestam⁹ magl.
 ac magis inualescim⁹. Inq̄t enī Tur-
 cōstans animo longe sapit: timid⁹ ve-
 ro: stultus admodū et vecors. **Vides**
qđ sic animi pusillitas incusanda: non
 enim simplicē illi: sed ingentē inesse as-
 serit stoliditatē. Non erit itaqz inter
 nos eiusmodi mutuo intolerantia
 exercenda aut tali inconstantia vtē-
 dum cuz id nō ex odio aliquo aut ma-
 liuolentia: sed ex animi pusillitate qđā
 abiectioris: fieri contingat: qui qđm
 stabilis et immotus perstiterit: omnia
 facile tolerabit: neqz solum ipse nullo
 impulsu in profundū mergetur: quin
 homines eius tolerātia ad tranquillū
 finis portus trāsuetabit.

**Exhortatio generalis omnium ad bñ
 viuendum. Ser. xxv.**

Eo ipi proxime ad perditionē
 accedimus et interitum: quia
 eū antehac florenti et iuuentili
 etate fuissimus: nūc cōsenium⁹. Quos
 circa eradenda erit eiusmodi a nobis
 senectus omnis que et si lauacro deleri
 nequeat: poterit penitētia obliterari.
Excutiendū inq̄ quicqđ in nobis re-
federit vetustatis. ruge insup oēs et
 macule ac labes abluende: nos qđ ita
 excolendi ormandi qđ erimus: vt nūc

decoris et cultus desiderio: vel prin-
 ceps ipse et domin⁹ capiatur. licebit
 preterea nobis vel si ad vltimā qndā
 sit deformitatem peruentum: eam pul-
 critudinem recuperare: cuius et Da-
 uid meminit. **Desiderabit rex decorē**
tui: audi filia et vide et obliuiscere po-
 puli tui et domus patris tui et concu-
 piscet rex decorē tuū. **Atq̄ obliuio:**
 nihil cuiq̄ parit: qđ maneat: ornāmē-
 ti: decorē equidē anime dixerit: ob-
 liuionem vero cōmissi et errati. **Hec**
sane David (ecclesiā ex gentib⁹ cōse-
 ctam appellans) dixerit: et cōmonefa-
 cit: ne maioꝝ suoz ritus: qui idolis in-
 molassent recordetur. cui ecclesie cuz
 ex huiusmodi esset hominū genere
 cōgesta: nō solum pristina sacrificia in-
 terdicat quin: quod maius est (ne vel
 animo ipso admittat) prohibet. **Qđ**
et alio loco sic dicit. **Ne meminerim**
no-
minū eozum labijs meis. **Et rursum.**
Ne loquatur os meū opera hominū.
Dicit aliquis. **Mōne virtutis eximie**
loco habenda est hec taciturnitas? exi-
 mie quidem. nō tamē adeo: vt eq̄ri cū
 delicti obliuione queat. nec enī solum
 ppheta opera hominū haudquaq̄ so-
 re explicanda inquit qđ ne recordati-
 one quidem aut memoria repetenda.
Unde coniectare licet qđ longo velis
nos a nequitia intervallo abesse: cui⁹
 qui haud meminerit: nec cogitatur in
 ea figet: qui autē cogitatōe vacabit eius-
 modi et sermone vacet: necesse est. **Si**
taciturnus: actione carebit et ope. **Vi-**
des quib⁹ nos vñs: quibus vt inter-
 uallis a rebus supuacancis: sciungat?
Erit itaqz nobis propheta ipse audi-
endus: et ita vt nulla resideat apud
 nos vitioꝝ aut maloꝝ memoria. non
 tamen eoz que ipsi deliquimus tollē-
 dum esse dixerit recordationē. **Quip-**
pe cōmemora inquit deus prior ipse:
tua facinora: sic hoz nihil vltra memi-

nerim. Quorsum hec? nulla sit apli⁹
 p⁹ sine rapacitatis recordatio. qn resti-
 tuenda sunt per nos fraude subtracta.
 id enim sonat nequitia obliuioni ma-
 dare: et si rances cogitat⁹ tollendi: et ita
 vt de cetero nunq⁹ animo admittant⁹
 Insup et errata obliterada. Queret
 aliquis. Quona pacto assequi hac ne-
 quitie obliuione poterim? nempe ex
 diuinor⁹ bonoru⁹ repetita memoria: si
 deu⁹ primo memnerim⁹: haud qua⁹
 licebit praua: recordatione repetere.
Si ei inqt i cubili fueris tui memor:
 matutino essem de te meditat⁹ naz si
 semp est de⁹ memoria coplectendus.
 tuc tn id maxime agimus: cu⁹ anim⁹ et
 cogitatio in ocio versant⁹: cuz eiusmo-
 di recordatide se ipsum quis increpat
 aut damnat: et in eade longius come-
 moratide perseverat. cure siquide inle-
 diu: et animi perturbationes. omne d⁹
 deo cogitatu: et intercipiunt: et propel-
 lunt. noctu vero cu⁹ tranquilla est mes
 et quietior: cu⁹ in portu residet: et placi-
 da versatur in aura: facile dei poterit
 reminisci. Inquit ei que dicitis i cor-
 dibus vestris: in cubilib⁹ vestris co-
 pungimini: qua recordatione: ne inle-
 diu quide vacandum est. Sed quoni-
 am hoc vel maxime tpe vite hui⁹ acti-
 ones et negotia cure sunt potius: vel
 saltem sit in cubiculo dei memoria: in
 matutino sit nostra in eo meditatio.
Ita fiet: vt si noctu deu⁹ precando vo-
 tis et precibus concitem⁹: secure ad
 modum ac tuto aggredi que peragen-
 da iter diu fuerint possimus. sic nemi-
 nem nobis habebim⁹ aduers⁹: nte. qn
 viperam ipsaz si obsistat nihili faciem⁹:
 cum deu⁹ habebimus placatu. Porro
 bellu in foro gerit (possunt quippe q⁹
 indices offeruntur: pro pugna et coten-
 tione vel quauis procella haberi) ideo
 q⁹ et armis est opus: sint aut nobis:
 pro armis his firmitoub⁹: preces. **S**e-

cundo op⁹ est vento: cuncta etiā p⁹to
 scenda. vt diurna hec et longiora spa-
 cia sine naufragio et vulnere transiga-
 tur. **Q**uamultu quotidie scopuli offe-
 runt: et ad quos clisa nauis sepe demer-
 git: et eo magis matutino nobis ora-
 dum est tpe ac noctu. **O**limpie ludos
 nostru⁹ per sepe spectare pleriq⁹: nec
 solu sunt spectantu officio sancti: qn
 fauore et laudib⁹ certatores sunt pro-
 secuti. et ita: vt varie sententium: di-
 uersa etiā fuerit vel laus vel admira-
 tio. **N**ec nos fugit: preces per id
 omne certaminis temp⁹: diem noctem
 q⁹ vniuersam: aliud nihil eniti: nihil
 curare: nihil cogitatione et studio co-
 tendere: nisi vt certaturi magno anio
 in agone prodeant. qui vero certato-
 ribus ipsis assistunt buccinatores: nil
 aliud monent: nisi vt sileat: ne spiritu
 forte et voce attritus: risum prebeat
 audientibus. **S**i igit apud eos q⁹ hu-
 manum certamen sunt inituri: ratum
 cure impenditur: longe magis nobis:
 quibus omnis hec vita certamen est
 prospicere rebus sedulo pueniet: eas
 q⁹ cogitatione et diligentia preuenire.
Erunt itaq⁹ nobis et noctes duccende
 insomnes: et curandu quo pacto dies
 omnis sine illusione transigatur: cupe-
 rem q⁹ vel sola nobis esset illusio ex
 his obuentura. **V**erum qui celeste il-
 lud certame proponit: patri ad dexte-
 ram assidet: attendit q⁹ siquid vel ipsi
 absolum vel incocinnu obtulerim⁹.
 neq⁹ eni factoz modo qn et dictoz su-
 turus est iudex: eo q⁹ eris inuigiladu
Sumus nancq⁹ et ipsi fautores habi-
 turi. siquidem vel nobis singulis assi-
 stunt angeli. nos vero stertendo nos-
 tra ducimus: esset q⁹ vtiā hec dū-
 taxat nobis dormitadi cura: nec scele-
 rate agerent nonnulli: naz reptant plu-
 rimi terrenis rebus additi: qn domi-
 cium in lupanar couertunt: cu⁹ scoz

Epistola Johānis chrysofostomi xxxvij.

ta inducunt. sic se habent pleriq; nul
la enī est his recti alicui⁹ inēdi certa
minis meditatio: q̄ multi etiā petulan
tiaz scurrilitati incūbunt. tumultuan
tur nōnulli. alij praue agendo et no
ctes vigilāt: agunt q; longe deterius:
q̄ qui somnolentia opprimūtur: cū do
los nectunt. vsuras praeterea nōnulli
computant: alij curis frangūtur: libe
tus q; se ad alia conferunt q̄ ea q̄ oc
ceptū agonem deceant: aggrediātur.
Quocirca vos equidē hortari velim
reliquis omisis vnū illud spectemus
vt propositam vincentibus palmam
adipiscamur: coronaq; obducti: obni
xe omnia facitemus vt bona illa q̄
nobis sunt in premiū exposita: conse
qui valeamus

Epistola eiusdem

Johānis Chrysofostomi ad quēdā no
bile Theodoz in qua reuocat ad ce
nobium

Si possem lris lachrymas ti
bi meas significare. pfecto es
quidē his plenā ad te misisses
eplam. neq; enī tantū mihi in pntiaruz
p recepta tui p̄monij cura deplorā
dum est: q̄ q; a fratry tuoz p̄ubernio
defeceris: dolendū. Et qd̄ maxie om
niū horrendū z tremendū esse existio:
pactiones q̄s antehac cum xp̄o pepe
geras: pedibus plane conculcaueris.
nā si gregarius quispiā z ignobilis mi
les exercitum defugerit: defectōis mi
nus insimulabitur. Strēnu⁹ vero at
q; preclarus: qui suuz in re militari or
dinē intermiserit: si vel semel deseruit
se deprehendatur: magnū qd̄ z pens
ultimū subit piculū. Neq; ei amātissi
me Theodore: luctātē cadē. s; in casu
diuit⁹ pmanē: graue existimādū ē. mi
n⁹ q; molestū videri debz belligerātē
quēpiā adactū vult⁹ suscipere: sed si ac
ceptū negligat indignū ē. Quis ei ne
gotiator q; semel naufragiū fecerit et
merces sinul amiserit: nauigare desi
stat quimmo rursuz se ille mari ac ma
gno p̄mitteret pelago: priores q; hoc pa
cto diuitias sarciet. Certatores prete
rea videm⁹ p⁹ multos casus corona
donari. Miles sepe in fugā versus: vi
ctor hostē supando euasit. Pleriq; eē
cruciat⁹ metu xp̄m negātes z victo
ria potiti s̄: z martyrij insignib⁹ iduti
decesserūt. q; si hoz q̄sq; ex p̄ma sibi i
flucta plaga despassz: nūq; deiceps p̄se
cuta p̄ma retulissz. Quas ob res mi
Theodore etsi paulisp̄ te a tuo ordie
semouit hostis: cauēdū ne te agas in
baratru precipitem. Persta itaq; ma
gno z excelso aio: z cum vnde dedus
tus es locum repete: susceptū q; hoc
tuum vulnus q̄uis diuturnam: igno